missa dicit · Timor domini sanctus permanens in saeculum
saeculi · Duo namque sunt timores · unus quo timent
homines forum · ne mittantur in gehennam · Ipse
est timor ille qui introducit caritatem · sed
sic venit ut exeat · Si enim adhuc propter poe
nam times deum · nondum amas quem sic times
nondum bona desideras · sed mala caves · Sed
ex eo quod mala caves corrigis te · et incipies
bona desiderare · Postquam bona desidera
re coeperis · erit in te timor sanctus · ille scilicet
ne ipsa bona amittas · ne mittaris in gehen
nam · Sed ne te deserat praesentia domini quem
amplecteris quo aeternum frui desideras · Nos
ergo diligamus · quoniam deus prior dilexit nos ·
Diligamus quia ipse prior dilexit nos · Nam
unde diligeremus · nisi ille prior dilexisset